

**PERSAE, AD FIDEM
MANUSCRIPTORUM EMENDAVIT
NOTAS ET GLOSSARIUM ADJECIT
CAROLUS JACOBUS BLOMFIELD**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649293049

Persae, ad fidem manuscritorum emendavit notas et glossarium adiecit Carolus Jacobus
Blomfield by Aeschylus

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

AESCHYLUS

**PERSAE, AD FIDEM
MANUSCRIPTORUM EMENDAVIT
NOTAS ET GLOSSARIUM ADJECIT
CAROLUS JACOBUS BLOMFIELD**

(ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΕΡΣΑΙ)

ÆSCHYL(I)⁵

PERSÆ

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

EMENDAVIT

NOTAS ET GLOSSARIUM

ADJECIT

CAROLUS JACOBUS BLOMFIELD A.M.

COLLEGII SS. TRINITATIS

APUD CANTABRIGIENSES NUPER SOCIUS

EDITIO SECUNDA

CANTABRIGIÆ

TYPIS ACADEMICIS

EXCUDIT JOANNES SMITH

VE NEUNT LONDINI APUD J. MAWMAN ET J. MURRAY.
CANTABRIGIÆ APUD J. DEIGHTON ET FILIOS.

M DCCC XVIII.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ
ΤΩΝ ΠΕΡΣΩΝ.

ΓΛΑΥΚΟΣ, ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων, ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησὶ Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιησθαι. ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην·

Τὰδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν παλαί βεβηκότων.

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχος ἐστὶν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἦτταν, στορνύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέεμοις. ἐνταῦθα δὲ προλογίζει χόρος πρεσβυτῶν. καὶ ἐστὶν ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος παρὰ τῇ τάφῳ Δαρείου· ἡ δὲ ὑπόθεσις, Ξέρξης, στρατευσάμενος κατὰ τῆς Ἑλλάδος, καὶ πεζῇ μὲν ἐν Πλαταιαῖς νικηθεὶς, ναυτικῇ δὲ ἐν Σαλαμῖνι, διὰ Θεσσαλίας φεύγων, διεπεραιώθη εἰς Ἀσίαν.

Ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνειῇ¹, Προμηθεῖ.

Argumentum sesqui fere majus in editionibus exhibetur; quod compendifeci, auctoritatem codicis Medicei secutus. Quædam etiam reseculi quæ in illo comparent post πρεσβυτῶν. Hæc autem sunt: τῶν δὲ χόρων, τὰ μὲν ἐστὶ παροϊκά, ὡς ὅτε λέγει δι' ἡν αἰτίαν πάριστιν' ὡς τὸ, Τύριον αἶμα λιποῦσι. (Eurip. Phœniss.) τὰ δὲ στάσιμα, ὅτε ἴσεται καὶ ἀρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος· τὰ δὲ κομματικά, ὅτε λοικῶν ἐν θρήνη γίνεται. De istis

autem quæ ex Glauco afferuntur, in præfatione disputatum est.

1. Ποτνειῇ deest in Med. Casaubonus de Satyr. Poes. I. 3. Glauco Ponticensem et Pontium confundens, illud drama satyricum fuisse contendit, mutatoque verborum ordine, legit Προμηθεῖ, Γλαύκῳ Ποτνειῇ. Sed inter duos Æschyli Glauco distinguendum esse monuerat P. Leopardus Em. XI. 25. Consulat Hermannium in Dissert. de Æschyli Glaucois.

præbet, quarum unam, quæ fuit in textum adsumenda, nescio qua incuria factum est ut silentio prætermiserim. In v. 125. codex habet *κισσιών* (sic) et *Κίσσιον* quidem vera lectio est: confer v. 17. et quæ dixi ad Theb. 1017. Utinam mihi per negotia, quibus tunc temporis districtus eram, hunc codicem accuratius usurpare licuisset; etsi, ut verum fatear, ex Æschyli libris manuscriptis, qui hodie servantur, si unum et alterum excipias, vix quidquam in textu sanando proficiendum esse usu didici.

Sed hoc nihil ad Persas, quos tamen non ante aggrediendos esse visum est, quam pauca quædam de ipsius fabulæ constitutione et chronologia præmittantur, quibus perlectis, juvenes possint ad ipsam tragœdiam majore cum fructu accedere. Est autem lectu dignissima, tam ob imaginum quæ in ea insunt pulcritudinem, verborumque splendorem, quam ob occasionem ejus, et quod Æschylus rerum quas depingit ipse pars aliqua fuerit.

Salamine pugnatum est Ol. LXXV. 1. Ejusdem Olympiadis anno tertio, Phrynichus tragœdiam Athenis docuit, vicitque, Themistocle chorago, prætore Adimanto. Nec dubium esse potest, quin Phœnissæ fuerit ista qua vicit fabula: "quod enim aptius argumentum inveniri poterat, et uberius ad gloriam Themistoclis, quam clades

Xerxis, in qua tanta ejus opera fuerat?*" Hoc autem fuisse Phœnissarum argumentum discimus ex Auctore argumenti ad Persas, qui citat Glaucum Rheginum *ἐν τοῖς περὶ Δίσχylου μύθων*. Prologum tragœdiæ Phrynichææ agebat Eunuchus, qui, dum Persarum magistratibus sedilia quædam sternebat, cladem Xerxis narrabat. Exordium autem hujusmodi erat,

Τὰδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων.

Hermannus in Prolusione de Persis, Lipsiæ edita 1814. quam viri egregii humanitati debeo, suspicatur eunuchum istum minime ex servorum numero fuisse, sed munere aliquo insigni apud regem functum esse; a cujus equidem sententia invitus discedo. Erat autem, ni fallor, eunuchus iste servus, ex eorum genere, qui *στρωῶται* dicebantur, de quibus insignis est Athenæi locus II. p. 48. C. *πρῶτοι δὲ Πέρσαι, ὡς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ τοὺς λεγομένους Στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχη ἢ στρώσις, καὶ εὐάφειαν. τὸν οὖν Κρήτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος (ὡς φησι Φανίας ὁ Περιπατητικὸς) Ἐντιμον, ὃς ζήλω Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης, σκηνὴν μὲν ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα ἐπέμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελεῖ,*

* Bentleii Dissert. de Phalar. ex versione Leunepii p. 293. ed. 1781.

καὶ τὸν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐσπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν. Unde liquet, artem sedilia sternendi, quæ in Homeri* ætate rudior erat, peculiarem apud Persas servum postulasse. Nec dubito, quin ipsas voces, *στορνὺς θρόνους*, quas ex Glaucō affert Grammaticus, ipse Phrynichus usurpaverit. In *θρόνω* enim, seu *δίφρω* insidere, apud Persas dignitatis indicium erat. Herodot. III. 144. τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι, θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἑκατέατο. et ibid. 146. τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἐκτείνουν.

Ex eadem autem Phrynichi tragœdia versum conservavit Athenæus XIV. p. 635. C. *Ψαλμοῖσιν ἀντισπᾶστ' αἰείδοντες μέλη*, ad quæ μέλη alludit Aristophanes in noto isto vocabulo, *ἀρχαιομελεσιδωνοφρυνιχήρατα*, Vesp. 230. ubi vide Scholia. Antiatticista Sangerman. p. 114. ed. Bekker. *Σφηκῶσαι, τὸ δῆσαι. Φρύνιχος Φοινίσσαις*. Ex eadem fabula forsitan desumptum est quod habet idem Grammaticus p. 116. *Ψέλια, τὰ τοῖς πήχεσιν. οὐ μόνον στρεπτά. Φρύνιχος*. in quo id mirum videtur, Grammaticos, quos impugnat Antiatticista, docuisse istam vocem *στρεπτά* apud scriptores Atticos de *armillis* semper positam fuisse; quo nihil minus verum esse potest: *Ψέλια* enim semper de *armillis*, *στρεπτά* de *torquibus* usurpantur.

* Odyss. T. 97. *Εὐρυνόμη, φέρε δὲ δίφρον καὶ κῶσας ἐπ' αὐτοῦ.*

Utrumque vero inter ornamenta Persica erat; unde verisimile fit Phrynichi locum ad Phænissas referri debere. Xenoph. Anab. I. v. 8. de Persis; ἔνοιοι δὲ καὶ στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλια ἐπὶ τῶν χειρῶν—ἔχοντες. *ibid.* viii. 29. καὶ στρεπτόν δὲ ἐφόρει, καὶ ψέλια, καὶ τὰ ἄλλα, ὡσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. *cf.* I. iii. 27. Adrianus Tyrius* Excerpt. Græc. Sophist. ac Rhet. p. 250. ψελίοις μὲν τὰς χεῖρας, στρεπτοῖς δὲ τοὺς τραχήλους κεκοσμημένοι. Unde Herodotus Persas vocat ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους. VIII. 113. Vid. Ælian. V. H. I. 22. †

Hujus autem Phrynichi præ ceteris ἀντιδιδασκάλοις æmulus fuisse videtur Æschylus, circa viginti annis minor; namque hi duo primi auctores tragœdiæ novæ ac lugubris erant, argumento ejus ad fabulas et calamitates converso ‡; quod quum diserte affirmaverit Plutarchus, valde dubium videtur, num Pratinas, quocum Æschylus contendisse narratur, ulla tragœdias, proprie sic dictas, docuerit, quidquid dicat Suidas, qui solus, ut opinor, Pratinæ τραγωδίας memorat. Quin et verisimile est ne ipsum quidem Phrynichum heroica aut lugubria in fabulis suis tractasse, nisi ab Æschylo edoctum. Namque

* Imo Iamblichus in *Babyloniacis*. Vid. Colomesii *Cimel. Lit.* p. 15. Chardon de la Rochette *Mélanges* I. p. 31.

† Xenoph. *Cyrop.* I. iii. 2. Corn. Nep. XIV. 3.

‡ Plutarch. *Sympos.* I. 1. Bentr. *Dissert. Phalar.* p. 243.

Æschylum hujusmodi dramata in scenam primum induxisse, et ridiculas tragœdiæ nugas seriis mutasse, luculenter probat Aristophanes *Ran.* 1004.

Ἄλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα
 Καὶ κοσμήσας ΤΡΑΦΙΚΟΝ ΔΗΡΟΝ. [σεμνά,
 quæ minime intellexit Scholiasta. Et sic Auctor
 Vitæ ejus, in editione Robortelli; πρῶτος Αἰσχύ-
 λος πάθεισι γεννικωτέροις τὴν τραγωδίαν ἐπηύξησε.
Himerius Or. XXXIII. 4. εὐρεῖν μὲν Αἰσχύλον ἔτι
 νέον ὄντα—ἄρτι τὴν ποίησιν ὑψοῦ χαμόθεν ἐγεί-
 ροντα, ἴν' ἐκ μετεώρου τοῖς θεάταις διαλέγοιτο, nisi
 hoc sit de pulpitis intelligendum. Æschylus autem
 primum, ut videtur, pro corona certavit *Ol.* LXX. 1.*
 Ejusdem tetraeteridos anno quarto, ut par est con-
 jicere, Phrynichus *Μιλήτου ἄλωσιν* docuit, quam
 calamitatem tanto cum artificio illustravit, ut uni-
 versus populi consessus in lacrymas effusus sit: poeta vero mille drachmis mulctatus est, vetitumque
 ne quis in posterum ejusmodi argumenta tractaret †.
 Quod si verum sit istud, ex deperdito auctore a
 Suida traditum, videlicet Phrynichum præmium tra-
 gœdiæ reportasse *Ol.* LXVII. 1. per tragœdiam non
 erit intelligendum grave istud ac sublime poseos
 genus, quod quum primus Æschylus introduxisset,
 jure eum Athenienses, quasi *πατέρα τῆς τραγω-
 δίας* suspicere solebant, ut ait Philostratus in *Vita*

* Suidas, in v. *Αἰσχύλος*, ex plurimorum criticorum correctione.

† Herodot. VI. 21. Bentl. *Dissert.* p. 256.